S C R I P T A

Numéro Scripta : 5144

Auteur(s) : Alexandre III [pape]

Bénéficiaire(s) : Vauquelin, Saint-Victor-l'Abbaye, Saint-Victor-en-Caux (abbaye, abbé)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1180, 3 février

Lieu d'émission : Velletri

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme les biens, les droits et les libertés de l'abbaye Saint-Victor-en-Caux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 198, p. 293-297.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII*2eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., nº 13604, t. 2, p. 359.

Texte établi d'après a

ALEXANDER EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. DILECTIS FILIIS WANHELINO ABBATI MONASTERII SANCTI VICTORIS EIVSQVE FRATRIBVS TAM PRESENTIBVS QVAM FVTVRIS REGVLAREM VITAM PROFESSIS IN PERPETVVM. Religiosam uitam etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui in eodem monasterio secundum Deum et beati Benedicti regulam institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : apud sanctum Victorem decimam thelonei et in eodem territorio duas carrucatas terre et totam decimam eiusdem parrochie necnon et decimas totius dominii Hugonis de Mortuo Mari in Normannia, terram de Vinea ex dono Roberti Loremarii, terras quoque, quas Herardus, Walbertus, Amfredus, Bertrannus, Amfredus, Turmoldus et Natalis a prefato Hugone tenebant, cum earum hospitibus, ex dono Ade de sancto Laurentio uiginti acras terre iuxta uiam, que ducit a sancto Victore ad Brachetuit, et undecim acras inter Birrium et uiam ad Boscum Roardi, apud Fraxinetum ecclesiam cum decima et terras, quas dedit Rogerius de sancto Victore, cum earum hospitibus, terram quoque, quam uobis dedit ibidem Robertus de Alneto, cum molta eiusdem terre, ex dono Galteri Blundi quatuor acras terre in eadem uilla, sedem unius domus iuxta monasterium, iuxta uiam Fraxineti tres acras terre, apud Luliacum ecclesiam cum decima, terram quoque unius uauasoris et terram unius rustici, apud Birrium unam carrucatam terre, apud Estenpuit ecclesiam cum decima et carrucatam terre cum hospitibus in eadem terra manentibus, terram Huelmi de Ualle et terram Guarinboldi, apud Coriletum duos hospites, apud Hua(n)mainil quinque hospites et unum in Monte et terram, quam tenet Willelmus Ruffus, apud Camin(am) vauassorem unum, apud Norma(n)mainil tres vauasores et unum rusticum, apud Vassumuillam duos

uauassores et duo molendina, apud Escrep[e]neium duos rusticos, apud Alente(n)tot tenimentum unius vauasoris et trium rusticorum, apud Grumare tenimentum unius uauasoris, apud Spinetum tenimentum unius rustici, apud Tostas hospitem unum, decimam etiam molendinorum Walterii Pasnage et de Roart, campartagia terre, que infra uiam, que ducit de Riparia ad Ca(n)sel et ad uallem sancti Victoris, ex dono Willelmi Pasnage uiginti solidos in molendinis suis, apud Aumainil duas partes decime totius parrochie, decimam molendini Amelii, ex dono Rogerii de sancto Laurentio terram de Brantuit, apud sanctum Helerium ecclesiam cum decima, decimam etiam molendini et thelonei eiusdem uille et decem solidos de redditu ipsius, in molendino de Daencurt dimidium modium frumenti, apud sanctum Hilarium terram Radulfi Estuneual et mansuram Renoldi, ex dono Radulfi Picerne terram sancte Columbe, apud Peletot terram duorum hospitum, ex dono Radulfi de Mortuo Mari uiginti minas bladi in molendino de Toueia, apud Vassumuillam ecclesiam cum decima, apud Wellas duas partes decime terre, quam tenet Briannus de Bra(n)tun(a), apud Predosam uillam ecclesiam cum decima et terram unius carruce cum decem mansuris, ex dono Iuonis de Buse septem acras terre, apud sanctum Remigium ecclesiam cum decima, capellam de Betencurt cum decima, de dono Galonis presbiteri unam mansuram et duas acras in Tangraual, apud Daencurt ecclesiam cum decima, duas acras terre, de dono Walteri Manselli duas acras, de dono Rogeri de Valle terram de Malonido, apud sanctum Ricarium ecclesiam cum decima et quinque hospitibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, apud Alnetum capellam cum decima, ex dono Roberti de Alneto duas acras terre et unam mansuram, ex dono Rogerii Bailet unam acram terre, de dono Beatricis filie Roberti de Alneto unam masuram et duodecim acras terre, apud sanctum Ricarium decimam thelonei et molendinorum et in eisdem quatuordecim minas frumenti, unam acram terre supra molendinum, ex dono Mabilie de sancto Laurentio et Ade filii eius terram, quam tenebant in eadem parrochia, capellam sancti Siluestri, apud Nigellam maiorem partem totius decime et unum hospitem, apud Spinetum decimam molendinorum et quatuordecim minas frumenti, apud sanctum Germanum duas guerbas totius decime, apud sanctum Albinum medietatem uille, apud Bernouillam terram Helebordi Barbati et manerium Hunlouinton(a), apud Momesberiam unum hospitem, ecclesiam Hunlouinton(e), ecclesiam de Serendan(a) cum omnibus earum pertinentiis, ecclesiam de Strafoille, capellam de Welfoille cum terris ad ipsam pertinentibus, ecclesiam de Ordia cum decimis, consuetudinibus et terris ad ipsam spectantibus, ex dono Hugonis id, quod habetis apud Claford, apud Bertona(m) unam idam terre et septem cocteros, apud Seruenton(am) decimam dominii Radulfi de Walt(er)iuilla et terram Blakemen, apud Soborn(am) duas partes decime dominii predicti Hugonis et unum cocterum, apud Norton(am) decimam de dominio Euardi, apud Badeleia(m) ecclesiam et decimam, apud Betoleia(m) et Otoborn(am) decimam terre Roberti et decimam molendini, apud Mers unam carrucatam terre et septem ortos et duas guerbas de quatuor culturis, terciam partem totius decime terre sancti Victoris et in foresta Daui de Mortuo Bosco usum uestrum, ex dono regis Stephani decem libratas terre inter Breillen(am) et Berkestal, ex dono Hugonis archiepiscopi Rothomagensis ecclesiam de Ogisuilla et ecclesiam sancti Albini ultra nemora, ecclesiam beati Thome martiris cum prato de Spina, ecclesiam sancti Macuti de Foleuilla, sexaginta acras terre et sex hospites de dono Willelmi Pasnage, ex dono Willelmi de Ripparia quinque solidatas et quatuor denar(iatas) terre et unam acram terre, ex dono Willelmi filii eius nouem solidatas terre, apud Dragleuillam duas guerbas decime septem hospitum, ex dono Eustachii Caisnel decem minas auene, ex dono Rogeri Peiet duas acras terre, ex dono Ade de sancto Laurentio unam acram terre, ecclesiam de Belle(n)conbria cum pertinentiis suis et decimam molendinorum et censuum atque thelonei eiusdem uille, ecclesiam de Capremonte cum medietate eiusdem uille, sicut uobis concessa est libera et quieta ab omni exactione et consuetudine seculari, ecclesiam sancti Audoe[ni] de Silua cum pertinentiis suis et decem acras terre, apud Brachetuit ecclesiam cum pertinentiis suis et quatuor acras terre et quatuor mansuras, apud Montem Dauid duas mansuras, ex dono Radulfi de Cresi duas mansuras apud Monteriolum, ex dono Walteri de Bello Monte uiginti et sex acras in Monte Maugers, ex dono Radulfi de Walt(er)iuilla terram, quam tenuit Robertus filius Thome, apud Greinosamuillam decem solidos, ex dono Hamelini comitis de Warenia uiginti solidos, apud Benais duas guerbas decime de terra Willelmi Waspree, apud Filelin de dono Mathei de Clere triginta acras terre, ex dono Hugonis Talebot apud Waneuille tenimentum duorum vauassorum, apud Seuit ecclesiam cum decima et aliis pertinentiis suis, apud Arres terciam partem decime, ecclesiam de Bestrebou, apud Salinas terram duorum rusticorum, apud Querquetum duas partes decime unius qirruce, apud Vlteriorem portum unum hospitem et terram, quam dedit Robertus de Summeri, apud Boseria(m) unum hospitem, de dono Roberti de Vgleuilla unum modium bladi et tres acras terre apud Groffai, apud sanctam Bouam duas partes decime triginta acrarum terre de feudo Radulfi de Bellocampo. Libertates quoque et immunitates a regibus et principibus rationabiliter monasterio uestro indultas et scripto auctentico roboratas uobis et eidem monasterio nichilominus confirmamus. Sane noualium etc. In parrochialibus etc. Liceat quoque uobis clericos etc. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum etc. Cum autem generale etc. Obeunte uero etc. Sepulturam

Pôle Document numérique – MRSH – Université de Caen Normandie – consulté le 09/05/2024

quoque etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. AMEN. AMEN. AMEN.
R. Ego Alexander catholice ecclesi[e] episcopus ss. BV.
† Ego Hvbaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Viuianus presb. card. tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Matheus presb. card. tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Rainerius diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum ss.
† Ego Gratianus diac. card. sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Iohannes diac. card. sancti Angeli ss.
† Ego Matheus sancte Marie noue diac. card. ss.
Dat. Velletri per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii III non. febr., indictione XIIa, incarnationis dominice anno Mº.Cº.LXXº.VIIIIº, pontificatus uero domni Alexandri pape III anno XXIº.